



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.14. Vocem meam audiunt. Iudicium est prædestinationis interrogare cum simplicitate ad audiendam veritatem: & reprobationis cum fictione quærere tantum ad suum intentum, sicut illi. Optimo corde ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

norunt Angeli præsertim cum ad eorum naturalem scientiam adiungatur scientia gloriæ quæ tanta est: vt plura nouerit ille qui minimum possidet gloriæ gradum: quam ceteræ omnes creaturæ, licet inter illas Lucifer annumeretur qui in scientia naturali reliquos omnes antecellit.

XII. **A** celo exulat omne mendacium.

Apo. 14. 5. **H**oc est quod dico quod ab illa ciuitate ita procul ab sit omne mendacium, sique adeo proprium illius incolis profari veritatem: vt licet omnes in vnum conueniant eius incolæ, componere non possent vel vnam decipulam aut vnum proferte mendacium. Huic facis conuenit quod Angelus D. Ioanni demonstrauit vidit enim hic agnum in montis vertice & cum eortubam innumerabilem, cui cum Angelus exponere vellet quinam essent isti, sic ait: *In ore ipsorum non est inuentum mendacium.* Habes hic conditiones eorum qui eò ascendunt: vt in eis nullum arguatur mendacium, nec in ore duplicitas: quod fieri sic oportebat: iam enim audierat Diuus Ioannes præconem Angelum exclamantem, dum illi supernam hanc proponit ciuitatem: *Fortissimis qui amat & facit mendacium.* Te ipsum per hoc signum examina, & vide num quis sis Deipendente vtrum amicus sis veritatis, ipsaque in te requiescat & cum omnibus illam loquaris. Bone Deus: hoc concessio, heu quot suam possunt timere reprobationem, si ad hoc attenditur iudicium. Quale est tuum sine fraude negotium? Quid procuras amplius, quam pauperem iurare cui sanguinem exlugas inuisibilis? Tu vero quid animo facis feruentiori, quam innocentem decipere puellam, tuis studens ganeo voluptatibus, quam falsiloquis mille decipis promissionibus sicut serpens Enam seduxit infernalis:

1. Ioa. 3. 12. **Q**uid maiori laboras efficere sollicitudine quam mille protestari blanditiis, & exaggerationibus, quod illam vna charitatem habeas, illique velles animam eripere. Aptè dicere potuit Diuus Ioannes. *Mundus totus in maligno positus est.* Quod aliqui interpretantur: in maligno in dolo quod sci. mundus totus fingendis mendaciis, dolis, fraudibus & proditiionibus occupetur. Hæc ciuitatem in qua moramur, quam appositè de te dixisse potuit Propheta regius, quod de alia dixerat: *Non defecit de plateis eius vsura & dolus.* Plena sunt fraudibus fora tua, foenerationibus, vsurisque pallatis. Hanc perambula basilicam: deinde illa perambula prætoria percurrere tribunalia, procellus illos criminales & ciuiles *Hieron. Bapt. de Lanuz. Tom. III.*

attende, plateas visita in quibus sibi sedem dolus fixit & mendacium. An esse vis ovis Dei? Primum est vt amicus sis veritatis & simplicitatis. Hæc etenim prima est, quam Apost. nis inungit qui Christum induunt, & illius esse desiderant. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo.*

§. 14. **V**ocem meam audiunt. Iudicium est prædeterminationis interrogare eum simplicitate ad audendam veritatem: & reprobationis cum fictione querere tantum ad suum inuentum, sicut illi. *Optimo corde percunctare, monente te Spiritu S.*

Attentius hæc Christi verba perpendens: *35* **O**uis mea vocem meam audiunt. Inuenio & aliud hic signum contineri prædestinatorum, quod cum in his non reperitur, illos Iudæorum Diu. Ioannes nobis vt symbolum proponit præ-interrogando: *Si tu es Christus, dic nobis palam.* Ollen-rogando deus illis quod cordis intelligeret duplicitatem duplici- & vitæ eorum perversitatem, qua accedunt tas. & interrogant, non vt veritatem audiant & discant, sed vt ipsis pro voluntate suoque desiderio respondeat, ita vt ex responsio eius ansam accipere possint eum occidendi. Percuntantur eia, Domine solue dubium nobis, quo tenemur suspensi circa tuam personam, *dic nobis palam*, amone larnas, tolle metaphoras, si tu es Christus. Videtur eorum petitio consona rationi: quan diu enim legatus clarus illis non responderet, quibus interest illum vt talem recipere, dicendo quis sit, non vacat ratione, si illum non respiciant, aut vt talem habeant, nec iusta ille potest ad hoc adferre querimonias. Intelligimus (aiunt illi) quod te proponas vt Messiam in concionibus tuis populo propositis. Hoc parum ad rem pertinet: non enim ad populum spectat vulgarem hæc examinare, nec vt talem te recipere: vt enim vulgus est, potius illi dat occasionem, vt volendo te recipere tanquam Messiam seditionem commoueat insolentem, qua omnes percamus. Nobis incumbit, qui principes sumus, & superiores, primario recipere Messiam, illumque vt talem populo proponere: hoc enim prædixit Dauid: *Suspiciant montes pacem populo, & collis in-βittiam. Psal. 72. 3.*

Quando Baptista Ioannes cursum suum inchoauit, multi de populo Messiam illum esse ediderunt.

E e e e e d d d d d

diderunt, quo factum est ut populus vesteretur in seditionem, fuitque sapientissimum remedium, quod concilium nostrum determinavit, ut aliqui ex Dominis illis Baptistam de hoc plenus interrogarent, & ecce quiescunt omnes, sedantur tumultus, & plebis altercatio. Idem modo notamus in populo circa personam tuam: unde statim eodem vi remedio: quocirca nos ipsi de hoc certiore volumus verificationem, vtrum Christus sis. *dic nobis palam*: si namque nobis aperte hoc revelaveris, & omnem abstuleris æquinoctiationem, laborabimus ut in hac populus ille confirmetur opinione. O proditoria vulpes quid mente voluitis, an putatis quod vestra percipiens verita cordis vestri minime cognoscat peruersitatem? Optime vestram notum, ait illis Dominus, & qua venitis & quam adfertis animi duplicitatem, satis aperte vobis loquor, sed hoc vobis non placet: ut enim simplex non est vestra interrogatio, vobis nullum quadiat sedetque responsum: quod licet clarum sit, vobis tamen non videtur vestro convenire proposito atque intentioni: tale namque velletis audire, ex quo possitis ansam arripere in me insurgendi, vitamque adimendi. Non auctis nosse veritatem, sed calumniam mihi præparatis. Hoc est, quod illis volebat indicare: *Loquor vobis & non creditis: quia non estis ex ovis meis: Oves mea vocem meam audiant.* Oves meæ simplices sunt, nec aliud ore quam corde proferunt: unde dum illis clarè loquor, simplicitè & sine Amphibologia, illis vox mea satisfacit: vobis autem nequaquam: cum enim duplici queratis animo; ut me laqueis innectatis; non vobis hoc quod dico satisfacit nisi vobis respondero eo modo quo vestrum possitis exequi desiderium.

II. Hoc liquidò constat in eo quod Salvatore contigit, quando illis palam locutus est: etenim non hoc crediderunt: hoc enim hæc verba sonant: *Loquor vobis* q. d. sæpè sæpè vobis locutus sum. Aperte loqui cepit, postquam apud pilsinam paralyticum erexerat in pedes: nam ut responderet illis ad obiectam calumniam, quasi Dei legem infringeret de festorum observantia, cum homini illi præcepisset ut grabatum suum tollens per civitatem deferret, quod illi lege divina iudicabant esse prohibitum, cepit se Dominus manifestare, & illis aperte loqui se ipsum ut verum declarans Messiam, & filium Dei naturalem, argumenta producens ex ipsa lege efficacissima. Evidenter & explicitè loque-

batur illis sed non solum illi non crediderunt, sed insuper coacto concilio determinatum, ut cum in ius vocaretur, diemque dicerent tamquam blasphemum, & eo vique negotium efferbuit, ut Christum coegerint illinc excedere, eoque deferere.

Dominica præterita vidimus, quid cum illis ipsis actum sit: nam in templo convenientes quæstionem illi movent, & percontantur, ut dicat: ipse quis sit, an ipso Abraham & ceteris Prophetis superior: quandoquidem illis hoc videbatur velle significasse. Clarè respondet illis, & addito iuramento confirmat se esse. *Amen dicitur Ioa. 8. 58.*

co vobis, antiquam Abraham fieri ego sum. Illi eo sese inclinant & lapides arripiunt, quibus eum præfocent, ita ut Christus sese subdaxerit atque de templo profugerit. In quem ergo si-
III. nem hoc interrogastis? Ea nocte, qua captus est marit ex eum in concilio staret omnium Principum, Sa- eo quod cerdotum, Seniorum & Doctorum, & illi in Christo causa eius progredi tentarent, eum interrogant, contigit.

ut dicat quis sit? Tacente verò Domino sum-
mus assurgit Sacerdos, atque illi? *Adiuro te per Matt. 26.*
Deum vivum, cuius munere fungor, ut dicat 37.
nobis si tu es Christus, populo hæcenus prædicasti rudiori & ignoranti, & præclara multa de te promulgasti. Hæc parum ad rem proficiunt. Adsumus hic principes, quibus si ex Dei nomine veneris, tibi incumbit loqui explicitè. Dic nobis. Respondet illis Dominus adeo clarè, sicut Evangelista scribit Marcus: *Ego sum: potestis fari Mar. 14.*

clarus? Quod inde propositum: ut omnes in illum assurgant & tamquam blasphemum accuserent, cui ut tali iniiciunt ipsi manus, alapis eum cadentes & in faciem eius expulserunt. O pultime Deus qua quæro de causa, hoc ab illo quaesivistis? In quem finem voluistis ut vobis clarè loqueretur? Et hodie quidem cum ab eo sciscitaretur. *Si tu es Christus dic nobis palam*, illisque Dominus palam responderet, quod ipse Christus esset, Deique filius, unus cum Patre in essentia. *ego & Pater unus sumus.* Confestim ad lapides confugiunt, & saxa, quibus eum opprimant, ut blasphemum. O diaboli filios in quem finem est interrogastis, an ut respondente illo vobis euidenter, rebelles in eum assurgeretis? Opprobant illi liberè posse dicere, quod Christus non esset Messias: & sibi persuadebant hoc se plenaria posse facere potestare, si Christus illis dixisset aliquid quo se non illum esse significaret, vel se ipsum à dicendo excusaret: etenim ex hoc in medium prorumperent, totique populo notum facerent.

erent, quod iam ex ipsis haberent ore veritatem. Si non respondet illis iuxta eorum desiderium, turbantur, & in illum grauius commouentur conaturque eum lapidare: ad quid ergo illum interrogatis illum interrogant, credendo, quod illis pro voto suo responderet.

IV. 36
Symbolū est hoc præcitorum.
Pro. 18. 2.

Habes hic præcitorum symbolum: homines qui totam vitam suam transigunt in interrogando; non ouina simplicitate, vt planum audiant responsum, sed duplicitate fraudeque vulpina, vt illis secundum eorum desiderium respondeatur, quo eorum satishat desiderio & passioni. Optime dixit, hic Spiritus S. Non recipi stultus verba prudentia, nisi ea dixeris, que versantur in corde eius. Licet autem nomen stulti cunctis conueniat peccatoribus, magis tamen proprie ita perficitur frontis & obstinatis peccatoribus, vt quis timere possit ne inter præcitos annumerentur. Sic illos Christus descripsit in quinque virginibus illis fauis & reprobatis. Ille qui talis est, quando sciscitatur, non illi placet responsum, in quo veritas illi aperitur, nisi suo desiderio correspondeat: quia non inquit vt sciat, quod scire tenetur, sed vt id, quod pretendit exequatur. Qua ratione respondendum est aperte & omnis metaphoris illis, qui veniunt laruari, & malitiam suam gerunt absconditam, vt dato responso, non qualiter eorum desiderio, anima sumant in respondentem?

V.
Iudæorum, in interrogando Dominū, peruerfitas.

In diebus Ezechielis Prophetæ accesserunt primates populi Sacerdotes & seniores, vt à Deo requirerent, diceret ipsis candidè & sine furo, quid ab illis exigeret, quod actū illud imple- rent, quod si vero moras traherent in perficien- do, ratio non esset alia, quam quod clarè & aperte illis minime loqueretur, quamvis autem hæc ore promerent, nihil minus tamen corde deside- rabant, sed suis inharere nequitiis, sequi cupiditates, fraudesque sectari. Ceterum per hoc vole- bant vt omnes intelligerent, quod iam ex parte sua facerent quæ possent, nempe ab illo require- rent, vt suam illis patefaceret clarè voluntatem. Aduocat Deus Ezechielem, atque illiquid tibi Prophetæ de populo illo videtur? Perpende qua- les veniant me interrogaturi, cum nihil magis distet, quam sint verba ab eorum corde disiun- cta. Quid censet mihi agendum? Accurrunt, vt illis meam clarè proponam voluntatem, quid ab illis requiram faciendum. Quando hæc accedunt dicuntque tibi se velle mihi loqui, dic illis, an illis hoc æquum videatur, vt taliter mecum agant verispelles? Etenim vivo ego, quod si ve- nerint interrogaturi, non ea insatiatione, vt sciant

quid illis sit agendum, sed vt suæ colorem ap- pingant malitiæ, quod illis non sim aperte res- pondurus, sed tale quale merentur pronuntiabo responsum: *Filius hominis, loquere senioribus Israel* Eze. 10. 2. *& dies ad eos: hæc dicit Dominus Deus: Numquid ad interrogandum me vos venistis? Vivo ego, quia non respondebo vobis, dicit Dominus.* Ad quid veltris respondebo petitionibus, si responsum non que- ratis aliud, nisi iuxta vestri pectoris iniquitatem? Quo sine vobis sincerè & candidè respondebitur, si hoc futurum sit, vt lapides accipiat, & in respondentem vobis irruatis, si vestro hoc non placeat appetui?

Notissimus est ille casus, quem refert Spiritus S. de Achab Rege Israel: cum enim exerci- tus S. de Achab Rege Israel: cum enim exerci- tum in campum educeret quasdam sibi subiuga- turus ciuitates, à Rege Iuda Iosaphat petiit sup- petias; ambo igitur Reges mutuas inire co- ptas, magnumque constarunt exercitum. Ante- quam in aciem prodirent: Rex Iosaphat vt erat inter- vir sanctus, sic Regem Achab alloquitur: Domi- ne mihi Rex grande nimis iustum hoc est in- tentum, fraderet equitas, Deum in concilium aduocare, cui sic Achab iam illum consulit, ete- num hic habeo quadringentos Prophetas, & cer- tam pollicentur mihi de hoste victoriam. Repli- car Iosaphat. Non sunt illi Prophetæ Dei Israel: An aliquis hic est vates Dei Israel, quem ego venero & à quo possumus interrogare sermo- nem? Est vtique, inquit, hic homo quidam im- becillus & vecors, quia vero numquam mihi ad mentem respondet, execror illum, vocaturque Michæas: aduocetur. Aduocant illum dicunt- que: negotium attende, ecce te Rex vocari iussit, & hoc prænoueris id quod à te sunt quaesituri iam calculo quadringentorum Prophetarum v- nanimi esse conclusum, & expedite vt tuum ab eis non discreparet iudicium. *Ecce sermonis Pre- 3. Reg. 22.*

pheta, in ore uno Regi bona prædicant, sit ergo ser- mo tuus similis eorum, & loquere bona. Accit Michæas, quaerit ab illo Rex Achab: vtrum con- sultum foret, se certamini committere: respon- det Michæas: vtique & prosperè cuncta eueniet: hoc autem gestu quodam dixit, & modo loquē- di, vt Achab satis cognosceret, quod in sermōe lo- queretur. Assurgit & cum eo grauius agit: atten- de Pater quid loquaris non ioco sed serio loqua- mur. Iterum atque iterum adiuro te, vt non loqua- ris mihi, nisi quod verum est in nomine Domini. Sit ira, respondet Michæas: quandoquidem à me clarè requiras, clarè tibi respondebo: Dico igitur aperte, quod si in prælium descenderis fini-
Eccc 1. stro

stro Marte configes, tuus cadetur exercitus, populus dissipabitur, nec aliud ex bello referes, quã tu nominis ignominiam: sic enim mihi Dominus revelavit, omnesque tui te Prophetæ decipiunt. Cui Rex iam & hoc noueram, quod mihi non aliud esses respondurus, quam quo mihi displiceres. Vnus autem ex assilensibus credens se gratum Regi facturum, at tollens manum alampain insingit Prophetæ duriorum. Si hoc igitur acturus esses, dum ille clarè tibi respondet, ad quid peruncatus es, vatemque adiurasti, vt tibi clarè responderet? Erat Rex ille reprobatus & peruncatus est, non vt veritatem addiceret, sed vt voto illius responderetur, illudque Prophetæ dicto subiret.

VII.
Tali-
bus
scater
mundus.

O quot tales sunt in mundo. Quoties fornicator interrogat an herum illud sit licitum, an lucrum liceat collere ex quatuor vel sex mensium remora solutionis? Quoties Theologum consulit, quoties Canonistam? Et nihil minus intendit, quam nosse veritatem: nec enim sibi satisfactum esse credit, si non ad palatum ei respondeatur, nec aliud acceptat responsum, vt in eo confirmet hoc quod optat, & facultates operæ retineat, quandoquidem illi dixerint, quod possit: & si cupiditati illius minime respondeant, queritur eos esse scrupulosos, & semper nunc ab vno nunc ab alio inquit, donec inueniat, qui respondeat congruenter eius libidini, maloque desiderio. Non suscipit verba prudentia, nisi ei dixeris, que versantur in corde. Quam frequenter alter inquit, vtrum promissis tuis stare teneatur, quibus puellam circumuenit: iam enim rei casum illo describit modo, iam alitero: nunc hanc adiungit, nunc alteram circumstantiam: & nihil minus exoptat, quam scire, quid sibi sit agendum: hoc vnum cogitat vt illi dicas aliquid, in quo suum possit fundare desiderium, vt suæ lapsifaciat fertiarque cupiditati.

37

Prudentissimum est hoc argumentum Spiritus Sancti materiam nostræ conueniens, quo Duo sunt dno nobis sibi propria proponit sequenda consilia. Primum est vt diligenter attendas quem perpendenda in mentu negotium amicus, si fidelis sit, officie Confiliatals inuenitur: etenim sapius experientia doctior, quod quem tibi credebas fideliorum, & doctiorum fuisse infideliorum, & quo tempore te ab vt non illo protegendum sperabas, eum tibi patiaris sibi sed aduersarium. Secundum: vt sedulo perpendas, quem tibi consiliarium adhibeas: non omnia

scire te est possibile, nec quid in omnibus occasionibus, euentibus, & casibus inueniat tibi faciendum: necesse est ad aliquem recurras, qui tibi consulari, quid pro te tua faciendum expediat. In hoc casu duo tibi facienda. Primum attente considera cui fidias, quem consulas: non enim omnes literati, hoc nomine insignes tibi conueniunt. Omnis consiliarius pro. Eccl. 37. 2. dicitur consiliarius, sed est consiliarius in semetipso. Quotquot sunt viri docti & hoc nomine noti sunt, omnes Theologi, Iurista, Canonistæ suam ferunt sententiam, ne veterari, quod tibi dicent se ne scire quid dicere debeant, omnes enim intendunt dare consilium & aliquid ille magis qui minus nouit & expertus est. Omnis consiliarius prodest consiliarius, sed multi sunt, qui non tibi, sed sibi consulant id est non attendunt vtrum exims sit tibi futurus prosper, an aduersus: sed vt inde sibi tantum lucrum expicantur. Hoc est. Est consiliarius in semetipso.

Notandum cum Diu. Gregorio quid inter alia hoc tibi primario attendendum in eo a quo consilium es petimus: Nullus fidelior tibi ad consulendum esse potest, quam qui non tibi, sed se diligit. Hanc scribit epistolam Venantio Cancellario Italix qui Monachum exiens ad seculum rediit, illum reprehendit, illi consulit, vt damnationem suam attentè consideret. Si videris a vanitas mortis periculo agens sui qui cor quos dederat nimis Deo, abstulit, considera quomodo periculo diuino iudicio dignus es, qui non nomen, sed remetipsum Deo omnipotenti cui te sub monachali habitu deuoueris, subuaxisti? Porro iam non quod tibi iurba non deest in presenti & futuro consiliariorum, hinc & in peccato non deluerunt. Scio quia cum epistola mea suscipitur, precor ut nomen conueniens literam euenies vocentur, & de causa vite consilium in sanctorum bene inuenitur, qui non non te sed res tuas diligunt, nulla tibi, nisi qua ad tempus placeant loquuntur. Tales enim fuerunt docti consiliarij qui te ad tantum faciunt, perduxerunt debent, vt tibi aliquid loquar cum antea, amara tractanda sunt, sed prius de sps. O præclarissimam sententiam. Nullus tibi fidelior. Hoc tibi faciendum, inquit Spiritus Sanctus dicitur aliquod proposituro, vt hinc attendas quem consulas, vtrum aliquis sit, qui necessitate premittitur: etenim magis perpendet quid tibi quatuor lucrator asses, quam vt tibi prospiciat. Vtrum vir sit scientia & conscientia, quem nec respectus

D. G.
ex Re-
gill. ep.
Epist.
33.

respektus terreat, nec proprium alliciat commodum, nec vltiam habeat apud eum auctoritatem, nisi ratio & iustitia. *A consiliario serua animam tuam prius scito, que si illis necessitat: ipse enim animo suo cogitabit.* Ex Græco cum aliquibus sanctis Patribus legitur: Prius scito, que si illis necessitat, que quid in sermo suo cogitat. Considera, quod ille homo sit, qui tuas patiatur passionem & affectus, & quam primum consulueris eum in commodum tuum, si tui de tuo cogitabit magisque sibi quam tibi prospicit. Considerandum ut eum eo consilium non ineas, qui solum ad hoc laborabit, vt tibi placeat & satisfaciat, sibi vero conquirit: nam dicendo, non possum perdere te in tuum miserum deuoluerit tuum, vt dum ad illum accedis, dicat tibi culpam impunitam, eo quod illius non bene instruxeris: *Ne forte mirat sudam in terram.* Legit Græcus textus: *Ne forte mirat super te formem & dicat tibi: bona est via tua & si forte contrario videre, quid tibi conueniat.* Hoc amplius nobis explicat experientia quotidiana, quam quibuslibet verbis potest explicari.

Hæc publica percurte loca, percipe quid in his dicatur tribunalibus, quæ ita formant procellas, qui ex illis nullum aliud referunt lucrum, quam expensas, & malam sententiam ex consilio aduocatorum non aduocatorum. Vide cui tuam exponas necessitatem, sic te mouet Spiritus S. Quia vero hoc notis pluris refert quod an mam nostram spectat, ostendit & docet quod oporteat te consulere circa animæ tuæ negotia, & à quo querendum sit quid agendum tibi sit ad animæ tuæ saluationem. Ne ab homine improbo requirās, qualiter Deo sit seruendum, & qua ratione vita tua sis extirpaturus: nec à mundi satoris qualiter mundo sis renuntiaturus eumque contempturus: nec à viro aui cupido qualiter faciendâ si restitutione ab avaro quis modus largiendi elemosinas: *Cum viro ereligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum timido de bello, &c.* Loquitur ironice: non tibi dicere sufficiat: hic est confessorius ille Theologus, ille Licentiatus, hic catalogo inscriptus est confessoriorum: quamuis enim multos habeat principes milites conscriptos ad bellum, si nosse cupiat quid circa belli expediat negotium, non interrogat nisi eos quos nouit in bello magis exercitatos, armisque affectos: similiter & ille, qui negotium suscepit arduum, magnæque ponderis, licet multi sint qui nomen habent mercatoris, non tamen ab eis interrogat procedendi modum, nisi quos intel-

ligit in gerendis negotijs ceteris esse prudentiores: & infirmus de eius via timetur licet multos esse sciat medicos licentiatos: non nisi tamen eum aduocat, quem sibi persuadet, quod prudentius pulsum suum explorabit, remedia sit aptiora præscripturus, apertiones renas, euertit itas, &c. Quem igitur mihi in consilium aduocabo: *Cum viro sancto assiduus ego, quem cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundum animam tuam, qui cum tui uideris, in tenebris, condolebit tibi.* Elige tibi confessorium, qui vir sit: *Cum uero.* Qui mulier non sit, quo nomine Spiritus S. multos appellat, quibus animus non est aut pectoris robur, vt potentioris, proferant se for iudum: vt alius exaramus: sed vir sanctitate celebris, integer vitæ, virtutis & timoris Dei amantissimus: cum viro qui commodum animæ tuæ non bonâ tuâ, non delicias, tuas non fauorem tuum, non tuam auerpetur animam: *Hoc est cuius anima sit secundum animam tuam.* Cum viro qui tibi compatitur, dum te peccatum ceruit, tuamque lugeat tuam, & summo perē contristetur dum te conspicit in peccata sibi præcipitem: *Qui cum tui uideris in tenebris, condolebit tibi.* Itaque hoc tibi plurimum refert, vt in dubijs tui eligas confessorium tui conuenientem.

Verum tamen hoc à te in capite libri in tui commodum expostulo, vt coris processas simplici, & omnia innocentiâ, paratus iam, quam tibi dederint acceptare sententiam: *Et cor boni consilij statuo tecum.* Cor tuum ad omni eius desiderio denuda, & illud non habeas vt tibi iuxta illa respondeant, sed iuxta planam & simplicem veritatem, hoc animo proponens, illud simpliciter exequi, quod tibi dixerint esse faciendum. Expendit Diuus Augustinus illud de psaltes. 107. *Beati qui scrutantur testimonia eius. In toto corde Can. 1. exquirunt eum.* Exponere conatur Dauid, quilibet. *Ps. 118. 1. nam sit beatus, omnes aiunt, esse beati desideramus, sed aberramus eo quod ubi non est, queramus beatitudinem. In celo est, quoad possessionem & effectum: hic autem in solimondo quoad spem & affectum. Quis hic est beatus? Primo, Immaculati in uia. Secundo, beati qui scrutantur testimonia eius. Hoc concessio ait beatos esse Phariseos, qui se deni super tabernaculum Moysi, seruantes legem, & dicere possent hos esse beatos, si tu es Christus dic nobis palam. Sed ideo a diungit: *In toto corde exquirunt eum.* Ad tui gloriam legem Dei seruare, & non sic ut illi ad propriam malitiam, quia Deum non querunt. In mentem tibi ueniat, inquit, adolef-*

IX.
Secundū
vt sit vir
sanctus.

72 cens ille Christum accedens, acriter instans & studiosè inquirens de modo instituendi vitæ rationem, ut vitæ consequatur æternæ possessionem.

Math. 29. 17. *Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo.* O, qui illum vidisset, statim in album referre potuisset electorum, viam inquit, legem & media quibus finem obtineat, beatitudinis!

D. Arg. Ceterum attende, quod Deum ex toto corde suo minime quæsierit, quia cupiditate feruebat bonorum, optabatque ut Christus conforme suæ cupiditati daret ipse responsum: *Quomodo enim in toto corde quæsiuit, & cuius consilio diuitias suas prætulit, quo auditu vultu abscessit?* Heu quot tui similes inuenias!

73 Eo modo Pharisei Dei mandata scrutabantur. Ita scrutantur Pharisei: & similiter multi scrutantur, & inquirent, quâ ratione seruanda sit lex diuina, non quia in eo Deum præcedunt, sed ut videant, utrum ex responsione aliquid percipiant, quod eorum placeat appetitu. Venit alter, interrogaturus, utrum seruare sibi possit iuramentum ex fornicatione conquistum, scrupulosus, vel restituendum habeat quod supra receperit, quia vendidit credito: vel utrum teneatur hoc exequi quod illi patet in testamento suo mandauit implendum: vel utrum de domo oporteat eijcere scandalum, quod ibidem alit ad animæ suæ perniciem: vel utrum satisfaciendum sit honori, quem in conuersatione denigravit: & cum desiderio venit, illudque monstrat ut illi dicatur, quod bene se deat appetitu: si verò percipiat, quod ab hoc declinet responsum, ingemiscit, & viam & alteram ad id rephicam adiungit & mutat circumstantias, satis clarè designans, hoc sibi minime complacere: Non est tibi *Cor boni consilij*, statim hoc tibi, Accede, sed corde simplici paratus exequi quidquid tibi responderint, ostendens simplicem hanc in te, & omnibus esse obedientiam.

§. 15. *Hæc simplicitas potissimum queritur à potentioribus: nec Regem Assuerum, nec hos imitentur.*

18 **P** Rincipes & potentiores primariò par est ut hanc habeant dispositionem: dum enim consilium exquirunt, hoc ita sit ut suum non exponant beneplacitum nec desiderium quo feruent, sed simplex cor sciendi veritatem: etenim satis ex periculosum, quod si namque

desiderium suum aperiant, & ostendant se hoc vel illud optare, illud ipsum non leuem parit occasionem, ut consiliarius & censearius inclinetur ad idem quoque desiderantum: nam opinantur ipsi sibi ininteresse ut talibus complacent, & communiter trahit intellectum voluntas, adducitque eum ut inclinetur ad iudicium eius, quod ipsa desiderat.

Valde frequenter accidit Regibus, Principibus & Magnatibus, quod Spiritus Sancti reletur in historia Esther de Rege Assuero: non enim sine ratione describit illam suis omnibus distictam circumstantijs, sed ad nostram utilitatem & instructionem, sicut de alijs similibus aduertit Dnus Gregorius. Erat autem Assuerus tantæ potentie Monarcha, ut centum viginti septem Prouincijs Dominus imperaret. In exordio Monarchiæ suæ conuiuium intruxit toto orbe celeberrimum omnibus Principibus suis & imperij Magnatibus: eodem motum ex do coniux illius Regina Valthi ex altera parte Rege cõ aliud præparauit illa conuiuium feminis emni bus insignioribus. Die quodam Rex genio uisus Assuero. mis indulgens & magnificè conuiuantium societate lætatur, ut testatur Scriptura: *Post nimiam potationem, cum inualuisset mero: præcepit ut eam Reginam adducant Valthi: ut ostenderet eum illi populo & Principibus pulchritudinem illius: Erat autem pulchra valde.* Renuit illa, & uenire contempsit. Bile Rex ex cauidit ultra modum, & si potu nimio, multo magis cholera itaque demersus. *Iratus Rex, & nimis furore succensus.* Quocirca sine mora septem conuocat regni sui Consiliarios, eosque primarios, & nobilitate & auctoritate, qui proximi Regi assidere consueuerant, & ceteros sapientiâ superabant, utpote legum regni scientissimi: *Scientes leges ac iura matorem, qui uidebant faciem Regis, & primi post eum residere soliti erant.* Congregatis illis in eodem loco sic ait: Non est dignitas mea, ut tantam patiens feram impudentiam: etenim dum Reginam aduoco & huc accurrere præcipio, uobis insipientibus, mei renuit mandatis obedire: nequaquam mihi conuenit, nec ratio suadet, ut impune transeat tantum inobedientiæ facinus: idcirco stat animo tale de ipsa sumere supplicium, ut omnibus sit regni mei in exemplum. Illico postremus eorum nomine Manucham Regi respondet: Domine mi Rex, plus æquo est, & nullatenus impune transire potest talis impudentia, talis, inquam, quæ mulieris superbiâ inflata extollit in maritos refractarias: si namque maiestas tua faci-

